Vt in primordijs status gratie / actiuorum vita / erant illis omnia communia
et videtur hoc durasse usque ad tempus constantini secundum hostiensem xv q. 1
futurum. Vt in statu future glorie erunt omnia communia / beati super predicto
w actiui vita. Qui ita viuunt ut sint omnia communia in domo cenobite
vocantur. Que vita tanto felicior est quanto statum futurum imitatur
in quo erunt omnia communia. Cum ergo non sit reperire meliorem statum
nec quam statum ante peccatum nec gratie meliorem quam primitiuum nec glorie quam
futurum. Quam felix est ille status qui tales status nature gratie et
glorie imitatur

De fructu communitatis

Circa 2m / aduerte quod proprietas frequenter est occasio cum proximo litigandi
Seneca. Quam feliciter viuerent homines si tollerentur hec duo pro-
nomina meum et tuum. Vbi enim quando magis sunt multa bona sed cum ex
copia volunt eas apparere quod surgunt turbationes frequenter
ut cum habent non possunt ut cum habere auferuntur. Et impletur prouerbium
salomonis prouerbiorum xv. Conturbat domum suam qui sectatur auariciam
secundum proprietatis. Item dat occasionem victorie inimico quia per proprium
est inimicus cum tenere sic tenetur ab aduersario suo per vestem. Gregorius
Cum vestitus cum nudo luctatur citius deicitur quia habet vnde teneatur
Vnde in vitaspatrum. Cum quidam frater venisset ad senem   Exemplum
volens relinquere seculum sed retinens aliqua modica apud se. Cui
dixit senex. Si vis esse monachus vade ad macellum et
eme carnes crudas et pone super dorsum tuum et sic veni ad me.
Quod cum fecisset inuaserunt eum canes et occasione carnium dila-
niauerunt. Et cum venisset ad senem sic tractatus dixit [illegible] ei senex.
Sic dilaniantur a demonibus qui ab renunciantes seculo aliqua
retinent sibi. Item impedit animum ab hijs que dei sunt. Vbi enim est
thesaurus tuus ibi est et cor eius etc. reflectit a deo.   Exemplum
Vnde quidam zelator anime cum descendisset in asino quem solum retinuerat
predicans assidue et semel intrasset ecclesiam quandam claustri ordinis
relicto asino ad portam. Antequam orando preces suas finisset semel cogi-
tauit de asino multo timens ne forte furaretur eum aliquis
et statim / quod attendens et exijt et distraxit eum nolens ab illa
hora habere quod cor suum a deo retraheret. Econtrario ergo ex communitate
sequitur fructus triplex scilicet pax cum proximo securitas ab hoste
libertas in deum

De occasionibus proprietatis et remedijs